

tia scripta ad quendam Antoninum, qui
fuit Romanus Consul: ergo ultra mira-
cula, quæ nos narravimus, adjicienda
sunt etiam illa, quæ in historia præfata
continebantur. V. Si Parentes Virginis
eam conceperunt naturali modo, vel con-
ceperunt cum libidine, vel sine libidine; si
cum libidine; indecens fuisse conceptionem
purissimam, & immaculatam ex parte
concepit fieri cum libidine concipientem.
Si sine libidine: ergo fuit in ipsis
fomes extintus, quod nonnisi de B. Vir-
gine dici potest, quia fuit sine originali
labe concepta, & in utero sanctificata.
Respondemus ad I. nos superius negasse Ma-
riae Virginis fuisse Sororem in stricto sen-
su, Mariam Cleophae; quod quidem est
ad mentem plurimorum Patrum, Scriptoriumque Ecclesiasticorum, qui de his lato
calamo scripsierunt, unde ad ipsos remi-
tunt legentes, & præcipue ad Corneli-
um a Lapide, qui exponit tabulam genealogiae Christi ex Sanctis Matthæo, &
Luca, in qua legitur, quod ex Jacob natus
est Cleophas, vel Alphæus, cuius uxor
erat Maria dicta Cleophae, vel Maria
mater Jacobi, & Joseph, vel Maria Al-
phæi; & ex eodem Jacob natus est Joseph,
vir Mariæ matris Iesu Christi, & in hoc
sensu dicta est Maria Cleophae soror Ma-
riae Virginis; quia Cleophas, & Joseph
erant fratres, quod clare docet Hegesip-
pus, qui vixit temporibus Apostolorum apud Eusebium lib. 3. cap. 10., & 16.
Ad II. Non negat B. Edmerus miracula omnia,
quæ vel Mariæ ortum præcesserunt,
vel in ipso ortu acciderunt; sed tantum
dicit, se illa nolle designare absque aliquo
Scriptorum testimonio. Cæterum de his
audiatur Baronius in Apparatu num. 40.
Magna quidem, & per omnia admiranda,
quæ nec verbis satis digne persequi ulli
possint, præcessisse natalem Dei genitri-
cis Mariæ, non puto adeo angusti pecto-
ris, & emoræ mentis reperihi hominem,
qui non intelligat; si mente revolvat,
arque animo expendat, tot, tantaque
servis Dei ante ipsorum ortum impartiata
divinitus privilegia. Quis enim apud se
repetens, qua Sampsonis, Samuelis, Hie-
remiae, & Joannis Baptistaræ natalitatem,
præcesserunt, mox firmiter eredat, non
tantum illis non caruisse Dei genitricem
Mariam, sed longe amplioribus, augu-
stioribusque ornataam, auctamque esse
muneribus? Ac quis abjecte nimis, arque
adeo humiliter de Deo sensiens, cum
plura, atque majora elargitum esse servis,

,, quam matri, & amico Sponsi, quam
Sponsæ, mentecaptus dixerit?
Ad III. respondet Suarez, quod in muliere
sterili, & sene non omnino decet virtus
efficiens, & causa materialis, sed utra-
que concurrat, licet imperfecta. Ideoque
divina virtute juvantur, quanquam
conceptio in reliquis omnibus fiat natu-
rali modo, & per carnis concupiscentiam;
in muliere Virgine vero conceptio quum
sit ex sola femina, sit virtute Spiritus
Sancti; ac proinde modo longe altiori.
Hæc Suarez. Quibus si aliquid ex nobis
addere licet, ad majorem rei explicatio-
nem, subdere possumus, quod in mulie-
re sterili & sene conceptio est miraculosa
tantum in modo; in muliere vero Virgi-
ne, & sola, absque scilicet viri consortio,
conceptio est miraculosa, & in modo, &
in subfancie: Unde majus miraculum
proculdubio fuit, Mariam Virginem con-
cepisse absque integratis iactuas, & sine
viri commercio Dominum nostrum Je-
sus Christum, quem B. Virginis paren-
tes procreasse eandem in senectute, &
quum sterilitatis vitio laborarent. Acce-
dit, quod miraculum hoc in sterilibus &
senibus legitimus sœpe factum, & præcipue
in divinis Scripturis in Abraham, & Saro;
in Zacharia, & Elisabet; in Sanctissimo
Padre nostro Francisco de Paula, & in
aliis quoque: at quod Virgo conceperit
absque integratis detrimento, & sine viri
consortio, in sola Deipara habemus exem-
plum; quod quidem simile nec antecedenter
habuit, nec in posterum habebit.
Ad IV. Historia illa commenticia habetur
a Baronio; utrum quia nemo ex Scriptoribus
nostris illius meminerit, etiam quia
ante Christiadventum nullus ejus nominis
reperitur Consul, romanis fastis adscriptus.
Ad V. dicimus utique parentes B. Mariæ
Virginis illam conceperisse naturali modo,
at sine fome, quia in illo actu fomes ex-
tinguitus fuit. Ita docet Galatinus: Voluit
natura in conceptu Virginis Gratia cedere,
ut ejus conceptio non natura, sed Gratia
viribus tribueretur . . . Fatoq. S. Joachi-
mum, & B. Annam se conjugaliter copulas-
se; ob ardentem tamen devotionem, vebe-
mentemque contemplationem, quia unanimi-
ter in generatione Beatisima Virginis in-
tentio ambo tenetabantur, fomes in illo actu
penitus extinguitus fuit. Et hæc est differentia
inter B. Virginem, & parentes ejus, quod
B. Virgo semper, & omnino habuit fo-
mitem extinctum; parentes vero ejus tan-
tum in illo actu.